



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Jn Caput XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

*In Caput XVIII.*

*Vi sibi postea successit) Fridericus Cancellarius Pontificatum adeptus, Stephani X. nomen tulit: Non tamen immediate successit Leoni IX. sed interiecto Victore II.*

*Quin etiam amore) Hunc locum ita emendauimus ex Codice Donauerdano. Nam in Rebdorffensi & Apographo Bambergensi planè depravatus erat, licet neque iam meado prorsus carere videatur.*

*In Caput XIX.*

Ippo in vita Conradi Salici eximiā laudem huic Heinrico tribuit. Agens enim de Conrado, quomodo penitentia ductus fuerit, quod ob inuestigias pecuniam accipere soleret; cum proposito in posterum à tali acceptione abstinenti; de Henrico subiungit. Sed filius eius Tertius Henricus, qui postea Rex & Augustus effectus est, optimè ac sine omni scrupulo patrium votum expiavit, in omni vita sua pro omnibus dignitatibus Ecclesiasticis vnius oboli premium non dicitur adhuc accepisse. Exstat in Codice Viennensi inter Bambergensi Ecclesia concessa Diplomata, aliud huius Imp. quod adscribere placet; ut videant sectrarij, quām Romanis Imperatoribus nihil cum Lutherano & Caluiniano spiritu commune fuerit.

*In nomine sancte & individua Trinitatis, Henricus diuina sauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Scimus, ac perfectè cognoscimus sublimationem Ecclesiarum projectum parere animarum, quia dum terrenis caelestia, temporalibus sempererna comparamus, cælestem ac semperernam requie animabus nostris preparamus. Vide nouerint omnes Christi nostriq; fideles, tam futuri, quam presentes, qualiter illi, sp̄e induiti, donauimus pro remedio anima nostræ, dilectæq; coniugis nostræ scilicet Agnetis, nostræq; prolis Henrici, seu parentum nostrorum, pro pace & stabilitate regni, decimum mansum, rectamq; fructuum decimationem totius regionis in finibus Vngarorum gladio ab hostibus acquisita, in pago Osterreiche, ad alter*